



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 90118286

§. 24. Joannis Galeatii Mediolanensium Ducis cædes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

SæcVL. XV.
A. C. 1410.

claris ingenii dotibus præditum fuisse, omnium Auctorum comprobant testimonia, quinimo affirmant nonnulli, illum scientiæ eminentia & argutia in disputando, ipso Joanne Husso superiorem fuisse. In plurimis & celebrioribus Europæ Universitatibus, veluti in Parisiensi, Heidlbergensi, Colonensi, & Oxoniensi sua emensus est studia, atque ab itineribus redux Joanni Husso sese associavit. Anno Salutis millesimo quadringentesimo decimo a Rege Poloniæ ad instruendam Universitatem Cracoviensem evocatus fuerat. Ex Polonia in Hungariam profectus, hæresis postulatur; Hungaria vero excedens Viennam pervenit, ubi in carcerem conjectus exinde liberatus haud fuisset, nisi Universitas Pragensis pro eo intercessisset.

§. XXIV.

Joannis Galeatii Mediolanensem Ducis cædes.

Bzov. an.
1410.n.33.

Hoc eodem anno Joannes XXIII a pontenti & crudeli hoste liberatus est per obitum Joannis Mariæ Galeatii Mediolanensis Ducis, qui Gibellinorum factionis Antesignanus erat. Princeps iste in prima sua adolescentia furoris atque inhumanitatis monstrum dici meruit, cum propriam

propriam suam Matrem trucidari jube- Sæcul. XV.
 ret, & totum Mediolanensem statum nil A.C. 1410.
 nisi cædibus, latrociniis, incendiis & sa-
 crilegiis tam in urbibus quam ruri com-
 missis funestasset. Tanta aviditate inno-
 centum sanguinem sitiebat, ut neminem
 vitæ suæ securum esse fineret, nulli æ-
 tati, nec sexui, nec Personarum conditio-
 ni parcens. Tandem vero cum vindex
 Dei justitia tam crudele monstrum in
 terris haud ultra ferret, factum est, ut in
 ejus necem conjuratio conflari cœpisset,
 & ipse ex concordi utriusque factionis,
 Guelforum, atque Gibellinorum Optima-
 tum sententia, dum ad Ecclesiam perge-
 ret, occisus fuisset. Corpus ejus omnino
 sepultura caruisset, nisi quædam mere-
 trix hunc ultimum ei honorem deferri
 curasset.

§. XXV.

Diversæ fæctiones in Italia.

Tota reliqua Italiae pars desolata luxit
 ob grassantem luem, & cruenti atque
 intestini belli flamas, quas schisma
 Guelfos inter Papæ partibus addictos, &
 Gibellinos Imperatori ac sæcularibus Prin-
 cipibus faventes nutriebat. Evidem
 per solidos tres menses in Urbibus, &
 ruri frequentissima visebantur agmina sole-
 mni